



# Disputatio medica inauguralis de angina

<https://hdl.handle.net/1874/347254>

DISPUTATIO MEDICA  
IN A U G U R A L I S,  
D E

41.

# ANGINA,

Q U A M,

DIVINO FAVENTE NUMINE,

*Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

D. HERMANNI van HALEN,

S. S. Theologiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in inclytâ Academia  
Ultrajectina Professoris Ordinarii, Verbiq; Divini ibidem in  
Ecclesia Præconis,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque  
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
ritè & legitimè consequendis,

*Eruditorum examini submittit*

CORNELIUS VERMEER, Ultraject.

*Ad diem 2. Decembris, hora locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clō Ic LXXXIX.





*Venerando* PARENTI,

**JUSTO VERMEER,**  
Reipub. Trajectinæ olim Se-  
natori, Redituum ex teloniis  
Illustr. ac Præpot. D. D. Or-  
dinum hujus Provinciæ Quæ-  
stori, Ecclesiæ Seniori,

*Hoc Exercitium Inaugurale, quâ par-  
est observantia, dicat*

Devotissimus Filius

CORNELIUS VERMEER,

*Auct. & Resp.*



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
ANGINA.  
THESIS I.



Inter affectus miseros mortales indies graviter affligentes haud infimum locum tenet dirus ille morbus, ANGINA; cujus nomen Latinis ab angendo, Græcis *ἄσθμα* *τῆς ἀσχύνης* laqueo, est. Verum denominatio hæc nunc strictius nunc laxius

A 2

à Me-



#### 4 DISPUTATIO MEDICA

à Medicis sumitur. Latè sumpta Anginæ vox donotat omnem *Faucium inflammationem & Affectionem, qua respirandi & deglutiendi potestas impeditur.*

##### I I.

Igitur Angina est *Inflammatiō Faucium, Gulæ, Gutturisque.* Puta Laryngis, Faucium seu Pharyngis, vicinarumque partium musculorum : quales sunt, Sternothyroidei, Hyothyroidei, Thyrocricoidei, Cricoarythanoidei cum laterales, tum postici, Thyroarythanoidei, Arythanoidei, Epiglottidis Musculi, Musculus Oesophageus, & plures alii cum ad Gulam, tum ad Os Hyoidis spectantes.

##### I I I.

Cæterum in veram seu legitimam, & spuriam seu notham Angina dividi solet. Atquæ vera nuncupatur, quæ est dictorum muscu-

musculorum summa intumescencia, nata à sanguine inter fibras eorum motrices extravasato, nec non inflammato. Spuria dicitur, quæ ab humore seroso eò delabente, hinc vehementer musculos inflante ac distentente, originem ducit.

## I V.

Vera insuper Angina in quatuor species ab hodiernis Medicis dividitur, pro affectæ partis ratione. Quarum prima *κρυψή*, altera *συνή*, tertia *ωδονή* quarta *ωδονή* appellari consuevit. Per *κρυψή* internorum Laryngis musculorum (quales sunt Cricothyroarythanoidei, Thyroarythanoidei, Arythanoidei, nec non Epiglottidis) inflammationem denotari volunt: quemadmodum & internorum Pharyngis musculorum inflammationem *συνή* dicunt. Quum inflammantur Gutturis musculi externi, (puta Sternothyroidei, Hyothyroidei, Sternohyoidei,



## 6 DISPUTATIO MEDICA

alique vicini) *ἄσπυρα* ipsis est: at *ἄσπυρα*, cum externi *Gulæ* muscoli pariter afficiuntur. Hanc tamen curiosam nimis divisionem minimè admittimus, cum ne peritissimus quidem exactè distinguere queat, quinam præcisè muscoli circa fauces afficiantur; præsertim quum rectæ rationi repugnare videtur, vicinas hæc partes non similiter laborare.

V. *Spuriæ* seu nothæ species dicuntur duæ. Harum prima producitur ab humore pituitoso vel seroso delabente in partes nunc dictas. Altera provenire à luxatione vertebræ colli dicitur. Sed quia scopus est, explicare veram tantum Anginam, his non inhærebo.

### V I.

Causæ Anginæ sunt vel internæ vel externæ.

na. Interna hujus affectus causa, copiosior est fervidi sanguinis per arterias (quæ oriuntur à majori ramo arteriæ Carotidis) in distas partes affluxus, quam per venas (à jugularis internæ ramo) refluxus; unde ejusdem cruoris stagnatio, hinc & extravasatio, inflammatio, atque adeò dictorum musculorum summa oritur distensio, nec non Gutturis Gulavè constrictio. Adhæc ad internas anginæ causas referri possunt morbi præcedentes, Febres continuæ, arden-tes, epidemica; uti hoc observatum fuit anno 1517. teste Foresto *Libr. 6. Observ. 2.*

V I I.

Causæ vero externæ ab auctoribus comprehenduntur sub nomine sex rerum nonnaturalium: inter quas meritò primas tenet aër externus frigidior, vel calidiori gradu excellens, constitutio aquilonaris, & omnis subita aëris mutatio, imbres assidui, Hipp. *Aphor. 16. Sect. 4.* & maligna aëris constitutio.



## 8 DISPUTATIO MEDICA

tio. Excretiones Hæmorrhoidum, ac menstruorum suppressæ. Immodicum corporis exercitium. Et plura alia, quæ in casibus specialibus determinari possunt & debent.

### V I I I.

Signa Diagnostica Anginæ sunt, respiratio impedita & suffocationi proxima, febris continua, deglutitionis modo major modo minor læsio, ita ut sæpè assumpta per os iterum per nares rejiciantur. Acutus faucium dolor, sitis magna, pectoris & cordis ardor, vox modo nulla, modo parva, tumor nunc manifestus, nunc nullus, anhelatio, & plura alia hîc propter brevitatem, quam intendo, non enarrata.

### I X.

Quoad Prognosin : inter periculosissimos

mos morbos Angina profectò recenferi debet , quia admodum fubitò quandoquè hominem è medio tollit. Etenim acutiffimus eft affectus , qui non rarò eodem , vel fecundo , vel tertio die Aegrum jugulat.

X.

Ut autem curetur graviffimus hiccè affectus , mox Vena fecetur , ad revellendum , in pede ; vel , ad avertendam & evacuantam copiam fanguinis nimiam , in brachio , ut fic depletis vafis iterum in venas recipi ac amandari queat extravafatus fanguis. Quæ venæ feftio eft iteranda , reiterandaque , quamdiu vires ferunt. In venæ feftione namque præcipua falutis fpecs confiftit. Hinc vulnufculum venæ infliftum ne protinus confolidetur ; quin potius apertum aliquamdiu fervetur , fplenio oleo imbuto impofito.



## X I.

Derivatoria venæ sectio etiam eodem die instituat, venâ sectâ raninâ : qua sanguis in partem ægram fluens educitur, nec non effusus ibidemque stagnans cruor, ipsissima inflammationis causa, evacuetur. Hæc vero venæ sub lingua sectio ut fiat in hoc morbo, suadent nonnulli ut circa collum mappa leviter constringatur, ut venæ istæ intumescant : sed perperam, quoniam in angina hæc vasa (ob stagnantem in faucium musculis sanguinem) præter modum vehementer satis tument ac distenduntur. Insuper cucurbitulæ, cum multa flamma & altis scarificationibus, scapulis ac dorso admotæ sanguinem ex affecta parte multum derivare possunt.

## X I I.

Institutâ identidem venæsectione, Clyster

ster injiciatur, ex Decocto Emolliente additis  
*Electuariis Benedicto Laxativo & Hiera Pi-*  
*cra, nec non Sale communi, vel Trochiscis*  
*Alhandal, qui & iterandus est, & reite-*  
*randus. Interim ne omittantur Gargarif-*  
*mata, & Cataplasmata, resolventia, emol-*  
*lientia, ac tandem suppurantia, ex Mal-*  
*va, Althæa, Veronica, Thymo, Hyssopo,*  
*Salvia, Floribus Meliloti, Sambuci, Rosa-*  
*rum Rubrarum, Nido Hirundinis, Albo Græ-*  
*co, Semine Sinapi, Sale Prunellæ, &c. Nec*  
*non Linimenta, ex Unguento Martiato,*  
*Althææ composito, Oleo Liliorum, Anethino,*  
*&c. Riverius commendat in ore retinere*  
*Cassiam recenter extractam.*

X I I I.

Hisce si Inflammatio non resolvatur, ve-  
 rum potius suppuretur, abscessus, si non  
 brevi disrumpatur, aperiatur scalpello; hinc  
 ulcus mundificetur Gargarismate ex Hordeo



*Mundato, Malva, Bismalva, Floribus Camomillæ, Liquiritia, Caricis, in Aqua decoctis, addito colaturæ Melle Rosaceo.* Ast verò suffocatio si metuatur, anceps potius instituitur remedium quam nullum, & Laryngotomia (alii Bronchotomiam dici malunt) instituitur, ut pertusâ inter annulos tracheâ, tubuloque immisso, Æger spiritum ducere queat, usque dum, inflammatione vel resolutâ vel in abscessum mutatâ, Patiens curatus sit. De hac videantur Aquapendens in *Oper. Cheirurgicis.* Julius cæserius Placentinus de *Vocis Organis*, Cl. van Horne in *Microtecbne.* C. van Solingen in *de Manuale Operatiën.* Diætam tenuissimam esse debere morbi natura & partes affectæ abundè evincunt, quare de illa aliquid addere supersedeo.

F I N I S.

C O.



V I  
COROLLARIA.

I.

**F**ebri rectè definitur, perturbata sanguinis mixtura, pulsum præter naturam frequentiore producens.

I I.

*Mulieri gravida venesectionem instituere licet.*

I I I.

*In Variolis & Morbillis V. S. instituatur  
ante*




*ante macularum eruptionem, si atas  
& reliqua ferant.*

I V.

*In statu naturali, ventriculi fermentum  
acidum esse negamus.*

F I N I S.



112  
L I E N T E R I A,

DE HERMANNI VAN HALEN,

LL. Theologiae Doctoris, et aliorum Facultatis in iudicis Academia  
Gronovana Praeceptoris, Variisque Divini Institutis in  
Ecclesia

NEC NON  
Magistri Liberae Academiae Gronovanae, et aliorum  
Facultatis in iudicis Academiae Gronovanae

DOCTORIS

CORNELII VAN ANRAE, Amstel.

et aliorum Facultatis in iudicis Academiae Gronovanae



TRAJECI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, ab In. LXXXII.



1718

V.L.

1718

F. I. N. I. S.

